N. 1432

5.

possint

n

n

m

No. 5

De
Signis morborum.

haud sufficit medico ad instituendam rectam morborum curationem generalem eorum notionem Exploratam habere. Expedit insuper nosse fontes Signorum, quibus singularis cujusque natura dignosci possit, quantae igitur utilitatis fuerit accuratam habere morborum cognitionem, tantae futurum cognoscere signa, quibus varii morbi distingui point, quae cognitio eo difficilior quo plaerique affectus, causaeque producentes ~~eas in~~ occultae sunt, nec nisi quadam inductione ~~et ratione~~ dignosci possint, summe ergo medicorum interest illam pathologiae partem quae de signis agit morborum plane penitusque perspectam habere. ~~de tradere animus est~~.

At quoniam accingenti se se ad curam morborum eorum naturam prius notam esse opportet de signis demonstrantibus morborum. 1° dicturi sumus, quia vero ad tempestivam remediorum administrationem et praecavenda ingruentia mala o sufficit perspectam

habere morborum naturam nisi quæ a morbo solent profluere, quæque immineant pericula mature ~~mature~~ prævidantur de signis prognosticis quasi præcognoscitivis, aut potius prænuntiatoribus quæ ventura sunt in morbis. 2° Loco sermonem instituemus.

Et vero ut leta prævisa attentus quisquis igitur convenienti medicamento uti voluerit, non modo quod præsens est dignoscat, sed quod exinde futurum est prævideat. ita enim ægrum reddet obsequentiorem qui medico morbo majori cum fiduciâ certo judicare se tradet, providus quoque et futurorum vates vulgi calumnias facilius declinabit, nempe interfectoris crimine nunquam semper vocabitur qui morbi eventum caute prædixerit. porro remediorum austeritatem formam quam certam reclamq. servaturus qui proinde futura prospexerit, ut qui remediorum omnium conscius his Pharmacis ad eos tum morbos profligandos utar, quibus ea lot profutura, in desperatis vero abstinet, prorsus enim imprudentimi esset ea infirmare præsidia quæ multis fuere saluti.

Sectio prima.
De
Signis Diagnosticis.
Caput p.^m

Quid Signum, quæque ejus species, et qui fontes generales Signorum.

Signi nomine intelligimus quidquid notum et sensibus obvium aliud in corpore latens significat, cum autem nihil aliud commonstrare possit, nisi cum eo quod significat quamdam habeat connexionem. Sequitur signum inter et rem significatam talem intercedere opportere unionem, cujus ratione attenta mens cognito signo determinari possit, ad cogitandum de re significata. ac quoniam inter res naturales connexio alia nulla est præter quod ptium invicem cohærentiam causæ et effectus, si causa sit ptum significaem

in morbis quæ aliquam ex reciprocis connec-tionem cum morbis nacta erunt, proindeque quæ se habebunt in corpore velut causæ velut effectus, illa omnia in sensum causarum erunt referenda. et 2° modo retractio testis sensibus obvia præternaturalem ureterum et renum dispoñonem significat, quatenus nullo existente vitio in musculo cremastere retrahi ad inguina testis non possit nisi tractione vasis defferentis semen. retrahi vero non potest vas defferens inflammatæ vacuum nisi trahatur ab urethere cum quo connexum est. ureter demum retrahi non põit citra aliquod ejus vitium vel renum, commode tamen ista signi connexio cum re significata ad cohærentiam causæ cum effectu revocari põit, retrão namq testis in proposito casu ~~testis~~ est effectus est retractionis ureterum media ptium productione connexa.

2° modo frigus incalescente corpore susceptum inhibitam arguit transpirationem inquam

effectum. at inhibita transpiratio acriorem significat sanguinem, similiter usus alimentor. difficilis coctionis acidam cruditatem et viscidilatem sanguinis præter naturam, tanquam effectus demonstrat.

3.° Modo, functionum labes in corpore præternaturalem causarum a quibus proficiscuntur dispositionem indigitant. sic debilis pulsus debilem cordis motum, debilem proinde fluidi motricis cordis actionem tanquam causas significat.

Jam humanum corpus tripliciter apud medicos spectatur, vel in statu perfectæ valetudinis, vel in statu morboso, vel demum in statu neutro in quo functiones nec bene nec male omnino exercentur. idcirco totidem statuendæ erunt classes signorum quibus varii illi corporis status invicem discernuntur. proindeq. alia quærenda signa salubritatis quæ salubria, alia morbosæ dispositionis quæ insalubria, alia quæ neutrum statum. de salubribus signis hic

agere supervacaneum est, ex functionum namque integritate, et libero exercitio salubris status facile innotescit. Signa pariter neutra praetermittenda judicemus; cum autem neutra dispoo medius sit status quidam inter sanitatem et morbum ex cognitione extremorum facile deducetur de signis tamen salubribus quae in morbis superveniunt ubi de eventu morborum non nulla praeferemus tametsi praecipuam operam in disquisitionem signorum insalubrium collocaturi sumus, ergo insalubrium pro varia status morbosi consideratione plures constituemus classes et quae praesentes indicabunt morbos signa diagnostica seu demonstrativa simpliciter dicemus, quae vero futurum morbum aut futurum morbi eventum pronuntiabunt illa nobis prognosticorum seu praedicentium nomine venient. quae vero praeteritos morbos in memoriam revocabunt anamnestica seu commemorativa vocabimus, quae posteriora, quoniam vel diagnosim vel prognosim morborum quodam modo juvant, id circo ad diag-

nosticorum

vel prognosticorum classem revocanda sunt, sic memoria prægressorum effectuum thoracis insinuat præsentem præsentem morbum pulmonum vel cordis periculosum magis esse.

Inter diagnostica vero signa, quæ necessariam habent connexionem cum morbis quos demonstrant pathognomica vocari nihil vetat, quoties quidem illa affectus naturam ita declarabunt, et conquenter ut ab re sejungi non possint, sed una cum illo incipiant, una diffugiant, ut pro ratione augmenti vel decrementi affectus, vel augeantur vel imminuantur, sic sensus et motus muscularis defectio, exceptis respiratione et pulsu, apoplexiæ signa propria et pathog. dicentur. neque enim apoplexia sine illis sympthom, nec symptom. hujusmodi citra apoplexiam consistere possunt.

Cætera signa quæ ad diagnosim quidem, seu ad dignotionem morbi aliquid conferunt, quæ tamen necessariam et immeatam cum eo connexionem non habent, ut cumque ab illo dependeant sindrevonda hoc est accidentia, conjuncta circumstantia et communia

vocari possunt, quod morbo quidem accidant, sed tamen conjuncta necessario non reperiuntur, sed ejus amorem, magnitudinem vel eventum et differentiam commonstrant, ita respirandi difficultas et stertor gravis in apoplecticis morbi magnitudinem indicent, ita exanthemata seu eruptiones cutaneæ, et maculæ purpuratæ febrem mali moris significant, et frigida expiratio mortem esse in propinquo portendit.

Ex communibus autem signis nonnulla cum morbo invadunt quæ si incipientis affectus sint argumenta, cujusmodi est sitis insueta in febribus coindicantia dicentur, alia vero morbis superveniunt, et græcé Epigenomena, id est apparentia et post genita nuncupantur, quorum alia quidem bona sunt et salutaria, alia perniciosa, alia indifferentia, ita in febribus sudor superveniens cum remissione motus febrilis salutare signum est, et a copioso sanguinis fluxu plærumq. Læthale.

Quoad prognostica signa illa pro ratione eventus, hoc est futuræ salubritatis vel mortis

insalubria vel læthalia distribui possunt.

Porro quoniam ex dictis nihil potest promovere morborum cognitionem, nisi vel quod causæ morbosæ rationem obtinent, vel affectus morbosi, patet nullos alios quærendos signorum fontes, præterquam causas et affectus morbosos. quoniam vero triplex est medicis genus causarum à quibus morbi proficiscuntur, triplex quoque instituenda classis signorum quæ desumuntur à causis, et alia quidem ducenda signa à causâ formali, ut vocant, seu forma ipsa et natura morbi, tum etiam ab iis omnibus quæ morbo essentialiter inhærent; alia ex causa materiali, vel ex materia potius ex qua proxime emergunt morbi, alia demum ex causa efficiente quæ vera actione ac motu morbos inducit.

Et quod expectat ad primum signorum fontem desumuntur illa vel ex ipsa natura, vel essentialibus proprietatibus eorum præsertim morborum qui sub sensus cadunt, cujusmodi sunt externæ omnes affectiones ex manifesta namque et sensibus incurrente mutatione caloris, frigoris, mollitiei, duritiei,

magnitudinis, figuræ, situs connexionis, quæ — partibus secundum naturam prius inerant facile cognoscuntur. ita inflammão brachii calore et rubore magnitudineque partis adaucta et propria sua naturâ et essentialiter inhærentibus visu et tactu innotescit, non nulli quoque interni morbi ita sensibus obvii — sunt, ut per se et citra magnũ signorum apparatum discernantur, ita febris essentiali suo calore et pulsus frequentiâ judice tactu facile clarescit, et sic de aliis plærisque, ut demum qui magis aperti sunt morbi sibi ipsis signa sint aut essentialibus saltem suis proprie-tatibus se prodant. verum quoniam morborum — magna pars in profundo latet, nec sensibus — potest attingi, id circo accurata causarum effectuũ producentium morborum disquisitione opus est.

Quare 2º loco ad causas se se convertere oportet efficientes vel materiales morborum, ad — effectrices vero revocantur. 1º naturaliter insunt — corpori cujusmodi sunt humores hoc vel illo — modo contemplari dispositiones hæreditariæ

ætas, et sexus, 2.° non naturales aer nempe ad quem regionis affectiones, et anni tempestates referuntur, cibus et potus ad quem exercitatio corporis et veneris, somnus et vigilia, et animi pathemata. 3.° Juvantia et nocentia ad quales reducuntur assumpta seu alimenta, seu medicamenta in quibus considerari debent modus, substãæ, qualitas, ordo, et tempus.

Veniendum porro ad effectus morbosos conspicuos qui revocantur ad triplex genus symptomatum, actionis videlicet et passionis læsæ, excrementorum vitia et mutationem habitus, et circa actionum et passionum vitium observantur 1.° functiones ãales, ratiocinatio videlicet, imaginatio memoria, animi pathemata, sensus externi ad quos dolor et motus muscularis. 2.° vitales pulsus nempe et respiratio, unde pulsus magnus vel parvus, rarus et frequens æqualis et inæqualis, circulatio quoq. humorum libera vel difficilis. 3.° naturales functiones nutritionem nempe cui famulantur appetentia solidorũ et fluidorum, inde fames et sitis, assumptorum

alimentorum retentio, coctio et dissolutio, ac
porro dissolutorum laudabilis distributio.
Deinde vero consideratur accretio partium
quæ penes quantitatem spectata vel magna
est vel parva, et habita ratione temporis, celer
aut tarda. postremo generatio prolis ad quam
refertur veneris apetitus, aversio ejusdem, noxa
ex illa aut emolumentum.

Circa excernenda considerantur excrementa
quæ excluduntur per os, nares et aures, alvum
et vesicam, uterum et glandulas cutis miliares,
in quibus omnibus habenda præsertim ratio
contentorum caloris et frigoris, consistentiæ,
coloris, saporis, porro circa habitum corporis
observantur 1º cutis ejusq. variæ affectiones
nempe, calor et frigus, humiditas et siccitas,
durities et mollities, asperitas et lævitas. 2º partes
cutæ exortæ, cujusmodi sunt pili in quibus
observantur quantitas, multitudo et parvitas, et
modus substantiæ, præsertim vero durities et
mollities, tenuitas et crassities, color et figura, ortus

incrementum & casus. 3°. In habitu partes expendunt cuti subjectae, vasa nempe et carnes, in vasis autem angustia, latitudo, in carnibus autem gracilitas et marcor, obesitas & carnositas observantur.

Caput 2.^m

Plethoricum corporis statum seu praeternaturalem redundantiam humorum in corpore ex propriis signis deducere.

Pone concurrisse haec omnia, vel maximam partem in aliquo corpore, nimirum vasorum cutaneorum inconsueta dilatatio, atq. distensio cum pulsus duritie et magnitudine, mole totius corporis pleniore, et polysarchiâ tensivâ, totius corporis gravitate cum ignavia, et ad motum inertia. his accedant rubor vultus, respirandi difficultas, somnus gravis & longior, sudor larga, sanguinis profusio per nares, vomitum sputum & intestina

praecesserint vero usus immodicus ciborum optimi succi, neglecta exercitatio, somni diutius protracti, vita deses et otiosa, solemnis alicujus evacuationis suppressio, sudoris nempe urinae, menstruorum, grassatur hiems, aut redeat verna tempestas, dico ex omnibus his signis argui plethora, seu praeternaturalem humorum redundantiam in vasis, etenim 1º quoniam ex ingestis copiosius solito cuchimis, solito copiosior emersit chylus, ex chylo copiosori uberior sanguis, et uberior sanguis magis replet vasa, sequitur assumptorum alimentorum cuchimorum copia plethoricum statum inducendum esse. 2º quoniam otiose viventi, et consuetas exercitationes negligenti parcius fluunt spiritus ad partes musculosas, minus tendi illas atq. laxari nec est. quoniam vero sanguis multo difficilius per laxatas musculorum fibras traducitur quam per tensas, stagnare in illis deffectu tensionis atque pressionis, circulationis proinde motum retardari, sanguinis partes minus pressas et

agitatas de effectu contractionis muscularis pacatius quoque moveri, quæq: inter motus musculares attenuandæ fuissent, et excretioni comparandæ fatiscente motu intestino et trusionis incrassari magis atq: magis, et alias aliis accrescere nec̃ est, cum autem languidiori facto circulationis motu in Sanguine, multo minor ejus copia intra datum tempus appellat ad vari^a corporis cola solito minor inde fiet recrementorum excretio; Similiter quoniam recrementa crassiora facta vel magis immersa Sanguinis partibus difficilius excernuntur, et obid quoque minui recrementorum secretionem necesse erit quoniam vero tantumd: crescere debet moles humorum in vasis, quanta est illa pars recrementorum quæ Singulis diebus præter consuetudinem retinentur in vasis, patet vita otiosa, et quæ degitur citra ullam corporis exercitationem, humorum compagem præternaturaliter augendam in vasis, et morborum eorum magnitudinẽ inferendam, idemque venturum exercitationibus de more institutis, si quamcumq: ob causam

Solemnis aliqua corporis evacuatio Supprimatur, et Subsistat urina obstructis renibus, vel Sudor, et insensilis transpiratio, mucus narium Seu externo frigore, seu aliam quamcumque ob causam.

3.° quoniam inter Somnum parcius fluunt Spiritus a cerebro ad Subjectas partes quaslibet et Sanguinem ipsum, proindeque minus stimulatur motus fermentativus et circulatorius humorum torpere Sanguinem jam jam Expositis rationibus recrementorum Excretionem parcius fieri, redundare proinde recrementa in vasis tempore Somni, ita Somno diutius protracto magis ac magis congeri et tanto augeri molem humorum, ac porro plethoram induci necesse est.

4.° hiemali tempore propter Externum frigus et pressionem aeris Solito majorem Sanguis minori copia fertur ad ambitum corporis, aliunde vero propter nitri aeri inspirati crassitudinem Sanguis ipse minus fermentatur quam aestivo tempore, minusq. proinde extricantur in Ejus Sinu recrementa

excernenda, sequitur per illam tempestatem insensilem transpirationem multo parcius profluxuram, tandemq. sanᵈ. colligendam in vasis nisi per alias vias excernetur quanta fuerit ejus pars quæ singulis diebus excernetur in vasis, juvabit ergo cognitionem plethorici status, consideratio tempestatum, præsertim vero Hiemis.

5.º Dilatari non possunt vasa superficiaria Sgnis nisi vel trahantur exterius eorum latera, vel ab interius concluso corpore extrorsum ferantur, sed nullæ sunt machinæ, nullæ chordæ, nullæ fibræ musculares exterius positæ circa ambitum vasorū cutan. pendet igitur ab intus agente corpore. nullum autem aliud corpus in vasis continetur præter sanguinem, ergo solus sanguis dilatationem inassuetam vasorum producit, nisi vel intestino seo motu, a quo partes ejus circumquaq: cum impetu feruntur atque rarescunt, vel mole ac copiâ, igitur dilatatio vasorum cutan. insolita a sanguine plus æquo rarescente, vel ab auctiori facta copia sanguis intestino motu naturaliter se habente repetenda ē;

Ergo bene arguet dilatão vasorum insolita
veram plenitudinem, seu adauctam Sanguinis
copiam, vel immodicam ejus quoad copiam nãalter
se habentis raritatem et expansionem. jam vero
inconsueta raritas Sanguinem excitari non potest
citra intensiorem factum fermentationis motum
proprium ejusd; nec intensius fermentari pter
Sanguinis citra calorem intensiorem, sequr quoties
non concurrunt, calor partium externarum immo-
-deratus cum dilatãone et tensione vasorum re fe-
-rendum in redundantem Sanguinis copiam porro
quoniam redundari non potest Sanguis in
vasis externis, qui protinus in internis quoque
super abundet. Lege enim circulationis aequabi-
-liter distribuunr humores in totum Corpus,
Ergo distensio et dilatão vasorum cutan certo
Sanguinem a toto Corpore redundare significet.
6.º Durum ẽe pulsum, et duras arterias nihil
aliud est quam resistere arterias inter dila-
-tationem suam digito exploranti et prementi
facile obsequuntur, Ergo a bintus concluso cpore

distendi præter modum et repelli eorum Latera intus foras ea vi quæ resistendo sufficiat premente omnino necesse est, sed nullum aliud corpus in arteriis continetur præter sanguinem, neq. sanguis ipsum repulsum Laterum arteriarum versus exteriora præstare potest, nisi vi fermentationis motus vel rarescentiæ, vel copiâ et mole, et implendo cavitatem arteriarum, ergo quoties adsunt signa intensioris motus et rarefactionis sanguinis, toties arteriarum resistentia et durities in conclusum sanguinem mole et copia implentem et distendentem earum cavitatem refferenda erunt. ac demum ex duritie pulsus certo colligi poterit nimia plenitudo vasorum, et superabundans in toto corpore humorum copia; nec ratione dissimili colliges pulsus magnitudinem significare humorum redundantiam in vasis, magnitudo namq. pulsus nihil aliud est, quam magna arteriarum dilatatio, dilatatio autem insolita vasorum ex dictis arguit humorum in corpore redundantiam, ergo et magnitudo pulsus

7.° Quoniam plenior de repente facta corporis moles, et apparens polysarchia, seu carnium multitudo nihil aliud est quam insolens totius corporis magnitudo, nec insolenter augeri potest corpus extendique supra consuetos terminos citra novam et insolentem nutritionem; vel citra contentorum humorum, vel rarescentiam, vel abundantiam inasuetam; sequitur plene factam corporis molem, vel pleniorem nutritionem vel raritatem, vel redundantiam humorum insolitam significare, sed confestim nutriri corpus non potest, et praeter consuetudinem crescere lenta enim fit nutrimenti appositio ex qua proportio sanguis motu circulari intimam partium texturam percurrit et nutricatui accommodatas partes suppeditat, ergo plenior facta corporis moles, vel contentorum humorum rarescentiam et expansionem, vel redundantiam contentorum fluidorum significat, absunt vero rarescentiae humorum signa patet inasuetam corporis turgescentiam explenionem corporis turgescentiae molem

excitantem humorum copiam et plethoricum
statum indigitare.

Quod si contendes pleniorem corporis molem
uberiorem nutritionem significare, non autem
humorum redundantiam, sic arguo; quoniam
sanguis nutrire corpus non potest nisi plus
apponatur nutrimenti quam dissipetur, nisi
pariter solito uberior nutrimenti copia á
sanguine suppeditetur, nec uberius nutrimen-
-tum suppeditare potest sanguis partibus, nisi
solito ejus uberior copia contineatur in vasis,
nec porro uberius solito in vasis contineri
nutrimentum, nisi tandem crescat consueta
et naturalis moles humorum, ergo et ipsa
polysarchia humorum redundantiam et pletho-
-ricum statum in corpore demonstrabit.

8° Tensiva gravitas necessario praesupponit
detractionem fibrosi contextus, nisi ab aliqua
vi exterius agente et plus aequo trahente, vel
ab indegeminis fluidis plus aequo rarescent. ui-
implentibus earum poros atque canales, ergo

Sensus tensivæ gravitatis referendus est vel in externam causam distrahentem contextum partium, vel in raritatem inconsuetam fluidorum interjectorum, aut demum in eorumd. redundantiam, ponamus modo ut plærumq. accidit nullam ēē manifestam causam distractionis, vigeat tamen tensivæ gravitatis sensus liquet non posse illum refundi nisi in præternaturalem sanguinis rarescentiam, vel excedentem ejus copiam. absint vero signa raritatis præternaturalis humorum, colliges tensivam corporis gravitatem nimiæ vasorum plenitudini adscribendam ēē.

9° ignavia et inertia ad motum pendet a sensu gravitatis partium, et vel á leviori motu orta lassitudine; gravitas autem partium et pondus solito majus non nisi ab imbecillitate fluidorum moventium partes musculosas, ut quibus, utcumque gracilibus loco movendis non sufficiant, vel

vel nisi ab incremento majori partium et pleniori facta earum mole, vel porro ab uberius contentis fluidis gravibus, absint vero signa debilitatis fluidorum motricium, in primis vero spirituum animalium; quoniam moles plenior corporis et polysarchia abundantiorem copiam humorum significat, patet si cum inertia difficultatem movendi se se concurret plenior corporis moles redundantiam humorum inde colligi posse; absint vero signa polysarchiæ, certe inconsueta partium gravitas indeque orta segnities tribuenda erit fluidis contentis solito magis ponderantibus, et gravantibus, sed fluida ejusd. speciei æquiponderant semper assumpta æquali mole, ergo si graviores erunt partes movendæ signum est contenta fluida, præsertim vero sanguinem conclusum mole acutiorem factum. porro quoniam Lassitudinis sensus compositus est ex sensu gravitatis, et violentæ distractionis partium movendarum; ex dictis vere gravitatis

et distractionis Sensus necessario vel excedentem humorum copiam, vel eorumd: rarescentiam præsupponit, Sequitur a Gentibus Signis immoderatæ raritatis humorum lassitudinis sensum, indeque natam inertiam in nimiam vasorum plenitudinem referenda.

X.° Quia eatenus rubent partes, quia Sanguine interius rigantur, patet eo intensiorem fore earum ruborem, quanto major fuerit Sanguinis ad illas affluxus, Ergo Si præter consuetudinem rubescit vultus totusq. Corporis habitus argumentum erit uberiorem Sanguinis copiam ad vultum cutaneasve partes deferri, non potest vero ad eas copiosius appellere quin protinus eadem proportione ad partes internas feratur, nec demum ferri Solito uberius in vasa totius nisi præternaturaliter augeatur ejus moles in Corpore, Sequitur ex vultu et totius corporis rubore intensiori argui posse præternaturalem humorum redundantiam

XI.° Quoniam pectoris gravitas et Spirandi difficultas non nisi ex difficili motu musculorũ

respirationis, vel difficilis aeri inspirati ingressu intra vesiculas pulmonares ortum habent, Sequitur Siquidem cum vehementia movebuntur musculi respirationis et compages Thoracis de more Elevabitur, totam respirandi difficultatem petendam ēē ex difficili aeris ingressu in cavitatem pulm. cum autem nihil aeris aditum in pulmones impedire potest praeter obstructionem Laryngis et ductum trachealem a quacumq. causâ illud tandem fiat. Et ex compressione vesicularum pulmonarium, Sequitur Siquidem cum vehementiâ movebuntur quoties indicia nulla Erunt, obstructio Laryngis et ductum Trachealium difficilem aeris in pectus intromissionem referendam ēē in vesicularum pulmonis compressionem, comprimi autem non possunt vesiculae nisi vel ab exterius incumbante Corpore toti pulmonum Superficiei circumfuso vel ab interius agente, Ergo angustia vesicularum pulmonis necessario praesuponit comprimentem aliquam causam vel Externam, absint vero Signa Exterius comprimentium causarum ut sunt Effusiones

Seri, puris, Sanguinis, aut pectoris cavitate patet angustiam vesicularum arguere causam aliquam interius comprimentem vesiculas, nihil potest vero comprimere pulmones præter ~~pulmones~~ tumores lente vel confestim Excitatos in Substantia pulmonari, vel distensio nimia vasorum ab affluente Sanguine, Ergo quoties nulla tumorum in pulmone genitorum Signa se offerent tota angustia, et compressionis vesicularum, ratio distensioni nimiæ vasorum vesiculas irrigantium tribuenda Erit. distendi vero non possunt prætermodum vasa pulmonum nisi vel Stagnatione et mora Sanguinis, vel raritate ejusd. nimiâ, vel copia et redundantia, Ergo si aberunt indicia et stagnationis et moræ Sanguinis in vasis pulmonum, Et causarum Stagnationem illam producentium, Si nihil inaductam Sanguinis raritatem monstrabit tota ratio angustia vesicularum pulmonis, proinde Et difficilis aeris ingressus in Sinus Earum repetenda Erit Ex redundante

sanguine in vasis pulmonum. porro quoniam redundare non potest sanguis in vasis pulmonum quin protinus superabundet in reliquis totius corporis vasis, patet ex difficili respirat̃e non numquam argui posse nimiam vasorum pleritudinem et plethoram.

12.° Quoniam somni tranquillitas non nisi à pacaturi facto motu spirituum in cerebro indeque requies omnium animalium functionum pendet. patet somnum gravem et irrequietum non nisi a turba spirituum, indeq: natis variis et incommodis sensationibus et insomniis revocandum esse. cum autem interturbari motus spirituum, vel citra manifestam, hæterogenearũ partium non nullarum miscellam, vel dilatat̃em nimiam arteriarum cerebri, aut inordinatum spirituum refluxum per nervos partium externarum; sequitur in somno gravi heterogeneum quid spiritibus admisceri, unde pertinaciter fermentescant, vel solito vehementius coagitari inasueta arteriarum dilatatione, in abnormes

motiones propter varios refluxus ab organis Sensuum ad Cerebri meditullium, ponamus modo abesse signa quibus admixta Spiritibus hetero-genea quædam copula demonstratur, patet Somni gravitatem non posse referri nisi in inassuetam cerebri arteriarum dilatationem vel in inproportionatos motus organis Sensuum, indeque excitatas obscuras saltem Sensationes, enim vero quoniam insolenter dilatare et pulsare arteriæ non possunt, quin protinus circumfusas meditullii partes repellant, contentasq: Spiritus in adversas agant deter-minationes. liquet ab insolenti arteriarum cerebri dilatatione pacatum aliàs futurum Spirituum motum mire interturbandum; quoniam vero insolenter dilatari et pulsari arteriæ ō põunt nisi vel obstructione Emissariorum Suorum, vel contenti Sanguinis rarefactione aut copiã, obvium est. Siquidem aberunt signa obstructionũ in cerebro, et inasueto rarescentiæ Sanguinis arte-riarum dilatationem in cerebro non nisi ex Signis

in fluentis copia implendum ẽẽ, Ergo poterit gravis Somnus arguere nimiam vasorum plenitudinem; rursumq. quoniam Sensationes Excitari non pount in Somno remotis, præsertim causis Externis, nisi vel propter acrimoniam Sanguinis Salibus Suis organa Sensuum vellicantis, vel distensione et detractione fibrarum Sensibilium, Sequitur inasuetas Sensationes inter Somnum Excitatas referendam ẽẽ, vel in acriorem factum Sanguinem, vel in distractionem partium Sensibilium, desint vero Signa acrimoniæ Sanguinis ad distractionem confugiendum quoniam vero distendi non possunt prœter modum ptes Senbilium organorum, et partes molestæ Sensuum inferre nisi vel a causa Externa trahente, vel a b intus contentis fluidis mole aut rarescentiâ agentibus. Sequitur Si nullum Erit argumentum Externæ causæ distrahentis organa, nullum quoq. indicium inasuetæ acritatis fluidorum, sed totam distractionẽ partium insensibilium, indeq: excitatos graves Sensus, tribuendos ẽẽ auctiori factæ moli et copiæ

fluidorum conclusorum in partibus Sensibilibus, atq. non inepte argui poterit plenitudo et redundantia humorum in Corpore, ex molestis Sensationibus quibus Somni gravitas plaerumq. debetur.

13.° Somnus a laxitate Cerebri appensorumq. nervorum, laxitas vero Cerebri non nisi ab imminuto motu et Copia influentium Spirituum distendentium poros cerebri imminui autem non potest copia Spirituum distendentium poros cerebri nervorumque, nisi vel quia Ligatae eorum partes, immersaeq. Sanguinis ppiis de more et pari copia secerni non possunt in cortice cerebri, vel quia expeditae licet in Sanguine et comparatae Secretioni, arcentur ab ingressu glandularum cerebri propter confusionem nimiam principiorum Sanguinis, vel propter obstructionem aut compressionem quamcumq. Ergo quanto graviores fuerint illae omnes recensitae morbi causae, tanto profundior Longiorve futurus Somnus, absint

vero signa quibus ligatis et confusis potibus sanguinis signi ficantur, absint quoq. signa obstructionum et tumorum comprimentium glandulas cerebri, patet tum somnum, tum somni longitudinem repetenda ēē a compreōne, quam infert sanguis aductus ad cerebrum, quoniam vero appulsus sanguis ad cerebrum glandulosam ejus partem præmere non potest nisi vasa quibus concluditur distendendo, nec distendere citra rarefactionem majorem, vel redundantiam ejus copiam; sequitur si deerunt signa rarescentiæ humorum illam glandularū compreōnem cerebri in nimiam vasorum plenitudinem refundendam ēē. Rursus quoniam diuturnior futura compreō cerebri in plethoricis, tardiusq. in illis recursurus motus humorum qui vigiliam reducit; neq. enim ex æquo fermentatur sanguis in vasis turgidis atq. distentis, atq. in flaccidis defectu enim liberi spatii sequitur, presente vasorum plenitudine protrahendum diutius ēē somnum, ergo somni longitudo

plethoram quandoque significat.

XIV.° Sudor nihil aliud est quam materia ipsa sensibilis transpirationis concreta, et liquida forma se sistens in superficie cutis, insensilis autem transpiratio sensibili forma se prodere non potest nisi imminuto motu suarum partium, quo quidem in omnem loci differentiam circumquaq. discretæ aufugiunt, ergo in sudore remissior est motus insensilis transpirãonis, remissior autem ee o potest ptium insensilis transpirationis motus, nisi quoq. remissius moveãr sanguis unde proficiscunr, Ergo in sudantibus remissior est motus sanguinis quam in simpliciter transpirantibus, Ergo multus sudor multam quidem insensilis perspirãonis copiam, sed cum remissiori sanguinis motu significat. porro multa et solito major copia insensibilis transpirationis generari non potest citra intensiorem motum sanguinis, vel citra uberiorem humorum copiam,

Ergo si aberunt signa praegressi intensioris motus sanguinis, sudor multus uberiorem humorũ copiam, proindeque vasorum plenitudinem conservat.

XV°. Quoniam sanguis profundi non potest nisi rosione vel ruptione vasorum, patet si quidem rosionis aberunt signa haemmoragiae quamcumque, seu quod idem est profusionem sanguinis certo ruptionem demonstraturam, quoniam vasa rumpi non possunt citra summam divulsionẽ staminum, nec divelli illa nisi ab externa vi distrahente, vel ab interna, sequitur si nihil exterius vasa divellit, distractionem omnem et consequentem ruptionem vasorum ab intus agente et conclusa causa profectam esse, intra vasa autem nihil aliud continetur praeter sanguinem. Sanguis vero distrahere vasa non potest nisi intensa rarefactione vel copia, et mole auctus suavum ptium, ergo si nullum erit sanguinis rarescentis signum, vasorum ruptio indeque orta sanguinis profusio, praeternaturalem

Sanguinis redundantiam significabit.
Cæterum quoniam vasorum distensio cum pulsus duritie et magnitudine, et totius corporis tensiva gravitate, remoto omni calore nimio inseparabiliter consequuntur humorum redundantiam, idcirco inter signa patognomica plethoro recensenda erunt, reliqua vero ut pote quæ circa plethoram aliquando consistere possunt, tanquam adjuncta et coindicantia pathog: præsentibus habenda erunt.

Caput 3.^tium

Imminutam humorum copiam ex propriis signis deducere.

Pone in aliquo corpore concurrisse hæc omnia vel maximam partem, nimirum concidentia venarum superficiei Corporis, earumq. in conspectu pridem venientium fuga inconsueta, pulsus parvitas vel mollities cum Totius Corporis flacciditate atq gracilitate, floridus

alias et ruber pallescat vultus, obtusi sensus evaserint, debiliter exerceatur motus muscularis et summa sit in somnum propensio; praecesserint vero jejunia longiora, vigiliae, et exercitationes immodicae; febres acutae vel diuturnae, evacuationes immoderatae sanguinis, sudoris, urinae, menstruorum, vel excrementorum alvi; dico ex his omnibus imminutam sanguinis et humorum copiam significari.

Et 1.º quidem quoniam concidere et retrahi venas externas nihil aliud est quam accedere ad se se qua pondere qua nisu contractionis earum latera, nec accedere ad se se invicem queant latera venarum nisi remota dilatationis causa, neque porro alia sit causa dilatans vasorum latera praeter contentos humores, patet ex inassueta concidentia et contractione venarum nisi remota dilatationis causâ neque porro aliâ sit causa dilatans vasorum latera praeter contentos humores, patet ex inasueta concidentia et contractione venarum habitus corporis amotam penitus vel notabiliter imminutam sanguinis dilatantis copiam —

demonstrari; imminui vero non potest moles et copia sanguinis dilatantis venas externas nisi obstruantur propagines arteriarum cuta--nearum, vel truncus ipsæ aortæ vel arteriæ pulmonaris, aut demum nisi liberis manentibus arteriis omnibus quantite imminuatur sanguis in singulis vasis, ergo si aberunt signa obstructionis arteriarum cutanearum, aortæ et arteriæ pulmonaris concidentia vasorum certissimum erit argumentum massam sanguineam peccare quantitate imminuta.

2° apparentes alias venæ superficiei corporis evanescere non possunt et a conspectu removeri nisi ab insolenti adipis affusione, vel cutis præternaturali intumescentiâ, aut demum ab inassueta earum contractione, et minori dilat. dilatatione, ergo si aberunt signa collecti uberius adipis circa venas et intumescentiæ cutis, fuga venarum externarum certo arguet earum contractionem et dilatationem solito minorem, sed ex modo dictis minor dilatatio

venarum cutis arguit minorem copiam profluentis Sanguinis, ergo fuga venarum pridem appa-rentium in Superficie cutis minorem copiam, ꝗ molem Sanguinis in toto corpore Significat.

3°. Quoniam pulsus parvus parvam arteriæ dilatationem Supponit, et dilatatio parva arteriarum minorem causam repellentem, et earum Latera dilatantem, nulla vero alia Sit causa dilatandi arterias præter Sanguinem naturali fermentatione dilatantem aut mole implentem, ergo minor arteriarum dilatatio vel minus Solito fermentari Sanguinem, vel qtite imminuta peccare Significabit, absint itaque Signa Lactæ remissioris fermentationis Sgnis, patet ex dilatatione arteriarum certo colligi pôe minorem copiam intromissi Sanguinis, cum autem minui non pôit intromissi Sanguinis copia in aliquo ramo arteriarum quin protinus in Singulis arteriarum ramis, nisi forte obstrue-retur iter eidem properanti a corde in truncum aortæ, vel ex aorta tendente in varios ejusdem

ramos, ergo si aberunt signa obstructionis aortæ vel ramorum ejusdem pulsus, parvitas sanguinis imminutam copiam significabit.

4.° Arteriarum mollities non nisi in facile laterum flexibilitate posita est, flecti vero et obsequi digitis prementibus non possunt latera arteriarum nisi contentus sanguis facile cedat, pressusque in una parte migret in aliam, cedere sanguis prementi digito, et alio se recipere non potest nisi pateat locus et spatium eidem presso et loco cedere nitenti, neque insuper patere ei locus possit presso sanguini arteriarum, nisi illæ solito minus impleantur et distendantur humoribus, neque demum minus distendi humoribus arteriæ possint sine notabili decremento sanguinis in toto corpore, ergo nisi obstruatur truncus major aortæ, vel explorati ejus rami, mollities pulsus et arteriarum imminutam totius sanguinis copiam significabit.

5.° Gracilitas totius corporis inasueta nihil

aliud est quam imminuta corporis magni-
tudo, minui autem non potest corporis moles nisi diminuta corporis nutritione, nec minuitur nutritio nisi defectu succi nutritii, vel pravae ejusdem conditionis, cujus ratione vel apponi partibus non possit, vel appositum facile excutiatur, ergo si aberunt signa pravae conditionis succi nutritii, et partium sanguinis. gracilitas et marcor totius corporis imminutam succi nutritii copiam demonstrabit, cum autem minui non potest copia succi nutritii in sanguine caetero quin bene constituto, nisi tantum minuar consueta moles sanguinis, ergo gracilitas totius totius corporis imminutam sanguinis copiam significabit.

6.° flacciditas carnium minor est rigiditas et tensio earumdem; regent vero partes corporis propter intimum contactum componentium molecularum, et distentionem inductam a conclusis fluidis interjectos poros inflantibus, ergo flacciditas partium corporis in minori-

contactu componentium moleculaum, et distenctionem inductam a conclusis fluidis interjectos poros inflantibus; Ergo flacciditas partium Corporis in minori contactu componentium moleculaum, et minori pororum distensione posita Est; non Est vero minor contactus moleculaum in partibus corporis, nisi quia minus distenduntur illæ, et minus nutriuntur, proindeque Et inanes sunt multos meatus, et vel quia minus præmuntur, Et distenduntur a b interjectis fluidis, Ergo flacciditas partium necessario præsupponit parciorem Earum nutritionem, minoremque Earum pressionem et distensionem ä fluidis interjectis; Sed nutritio minor Ex modo dictis, arguit minorem copiam Succi nutritii, adeoq: et massæ Sanguinariæ minor autem pressio et distensio partium pendet a minori distensione vasorum, et minor vasorum distensio a minori Copia Conclusi Sanguinis, Ergo flacciditas totius Corporis, imminutam Tonis

ndigitat.

7.° Inasuetus pallor vultus non nisi a b—
influentis Sanguinis vitio, et dilucidiore rubore,
vel ab imminuto ejusd. influxu ortum habet,—
ergo si nulla erunt Sanguinis labefactati—
Signa, et Languidioris facti ejus coloris, faciei
pallor aliarumve partium repeti non potest—
nisi ex Solito minori proventu Sanguinis ad os
aliasve partes, sed non potest mutari pp.oo—
Sanguinis accedentis ad vultum et Superficiarias
corporis partes, nisi vel impediatur aequabilis
ejusdem dispositio, vel nisi quantite defficiat in
toto corpore, ergo si aberunt Signa inaequalis
ejus distributionis; pallor faciei imminutam
in toto corpore Sanguinis copiam significabit.

8 Quoniam hebetatio Sensuum pendet a—
minori tensione nervorum, et tensio minor nervo—
rum a minori influxu Spirituum, minor autem
Spirituum Influxus a minori eorumd. Secretione,
vel ab impedito eorumd. Secretorum influxu in—
nervos; Sequitur si impeditae Secretionis Spirituum

vel obstructionis et compressionis nervorum signa defuerint, laxitatem nervorum indeq. natam sensuum habitudinem, petendam ee ex defectu spirituum in sanguine, vel immi-nuto ejus influxu in cerebrum. absint vero signa proxima deficientis in sanguine spirituosæ ptis, vel ejusd. implicationis, vel depressionis nimiæ, liquet imminutum spirituum influxum in nervos petendum ee ex imminuto sanguinis influxu ad partes cerebri; parcius enim sanguis delatus ad cerebrum, parciorem spirituum copiam suppeditare necesse est; cum autem o pt minui copia sanguinis necessitate influen-tis ad cerebrum, nisi propter obstructionem arteriarum cerebri, aortæ, vel arteriæ pulmo-naris, vel propter imminutam in toto corpore sanguinis copiam, sequitur si obstructionis cerebri vel aortæ signa defuerint influxum sanguinis imminutum ad cerebrum, immi nu-tam ejusd. in toto corpore copiam significare.

IX.° Debiliter Exerceri non potest motus — muscularis nisi debilitate motus influentium spirituum in ptes musculares, debiliter vero moveri non possunt spiritus, nisi vel præter-naturali substantiæ, crassitudinis lentore, vel phlegmatica dispositione, vel demum immi-nuta præter naturam eorum copia, Ergo si — præternaturalis lentoris et phlegmaticæ — dispositionis deerunt signa, debilitas motus motus muscularis arguit spirituum imminutam copiam, imminuta vero copia spirituum demons-trat, Ex modo dictis, imminutam sanguinis copiã, Ergo et inde nota debilitas motus muscularis.

10.° propensio ad somnum in flacciditate Et Laxitate Cerebri appensorumq. nervorum posita Est. Laxitas vero Cerebri minorem — pororum suorum distensionem supponit, Et - minor distensio pororum cerebri minorem copiam fluidi conclusi spirituosi, minor autem copia fluidi spirituosi, si reliqua consentiant Ex modo dictis minorem influxum sanguinis ad

cerebrum, proindeq. Et minorem ejus copiam toto Corpore Significat, Ergo propensio ad Somnum imminutam Sanguinis copiam in Toto Corpore demonstrabit.

11.° jejunium Est imminutus alimentorum usus, ab imminuto alimentorum usu parcior Chylus, a parciori Chylo multo minor Sanguinis copia, Ergo Ex praecedentibus jejuniis imminutam naturalem copiam Sanguinis colligere datur.

12.° Vigilia non nisi in tensione Cerebri, jugiq: Spirituum fluxu in ptes posita Est. jugiter vero fluere non possunt Spiritus in ptes nisi fermentantium humorum motum intendant, proindeque et ptes massae Sanguinae magis ac magis atterantur, indeq: discussioni et Transpirationi magis comparentur, Ergo si vigiliae diutius protrahuntur, intendi notabiliter fermentativum humorum motum, notabilem quoq: fieri attritionem partium Sanguinis, notabilem demum attritionem

resolutionem, transpirationem fieri, cum autem tantumd: minui oporteat naturalis copia Sanguinis, quanta est illa pars quae praeter naturam excernitur per insensibilem transpirationem, aut alias vias. patet manifeste diu protractis vigiliis imminutam Sanguinis copiam luculenter colligi posse.

13. Similiter quoniam In Exercitio motus — muscularis uberius fluunt Spiritus in partes musculares et vasa, cuminsuper inter Exercitium motus muscularis validius prematur Sanguis et urgeatur in venas ~~distendi~~ intendi ejus fermentationem necesse est. cum autem ex intensiori fermentatione Sanguinis ex dictis major fiat dissipatio ipsium, et tandem decrescat nativa moles — humorum, quanta est illa pars quae praeter — consuetudinem dissipatur, sequitur quoties immodicae exercitationes praecesserint certo inferri poē imminutam Sanguinis copiam.

14°. in febribus acutis et diuturnis intensior in motus fermentationis humorum quam in Statu

naturali, intensior autem motus Sanguinis atterit et discutit multo plures partes, vel Excretioni disponit, quam naturaliter discuti Excernique Solent, Ergo proratione resolutarum & Excretarum ptium Sanguinis ejus moles minuenda, ac porro prægressæ febres acutæ vel diuturnæ imminutam Sanguinis copiam Significabunt.

15º. Evacuationes Sanguinis, urinæ Sudoris menstruorum, liquidorumq. quæ per alvum Excernuntur, manant Ex vasis ipsis quæ continent Sanguinem, Ergo quanto plus Sanguis, urinæ aliorumq. humorum Excernetur tanto magis minuenda moles contenti Sgnis in vasis, Ergo prægressæ omnes Evacuationes immoderatæ, tantumd: imminutam ēē Sgnis molem demonstrant. Cæterum de multis Signis concidentia venarum cum parvitate & mollitie pulsus imminutam Sanguinis copiam certius demonstrant.

cap. 4

c

Caput 4.m

Redundantem partem Serosam in Sanguine ex propriis Signis deducere.

Pone in aliquo corpore concurrisse hæc oĩa vel magnam ptem, habitus nempe corporis mollis et obesus cum vexarum angustia, vel oedematosus tumor pedum, interdiu et faciei a Somno, vel totius quoq. Corporis mollis, et tactui cedens, intumescentia sine rubore, cutis ad tactum frigida, pedes potissimum et manus hiemis tempore frigore torpeant. cutis vero mollis sit Levis et alba, pulsus parvus et tardus et mollis, mens Torpida et hebes, ingenium Tardum et obtusum, Sensuum hebetatio, maxima ad somnum propensio, motus tarditas sed in eo duratio, insomnia frigoris et aquarum et submersionis, prompta oblivio, appetentia dejecta, Sitis aut nulla aut perexigua, tarditas ad venerem, Ex moderato illius usu

Emolumentum, copiosa Excretio muci narrium, Et salivalis humoris, urina sit, alva Et pallida, aliquandoque tenuis, quandoq. turbida Et crassa, alvi fæces crudæ, et albicantes, mucosæ, alba uteri profluvia in mulieribus, a calidis Spirituosis levamen, a frigidis contra Et humidis noxa, a nubilo frigido et pluvioso cœlo incommodum, a sereno contra et calido commodum, præsertim vero usus alimentorum crudorum et humidorum, ut fructuum, olerum, piscium, et Lacticineorum, vel luchimorum nimia ingurgitatio, diuturnior usus medicamentorum frigidorum et humectantium, Senilis ætas vel puerilis, regio frigida, Et humida, Tempus hiemale, vita otiosa et sedentaria, cura, mæror Et Tristitia, somni Longiores præsertim á cibo, Suppressa vacuatio serosorum humorum.

Dico Ex his omnibus argui pōe redundāam ferri in Sanguinem.

Et 2º quidem molle est quod prementi digito facile cedit, adere vero non pount cpora quorum partes sese intime tangunt, Ergo corporum mollium

partes minus ad contactum positæ, et dilucidis intervallis separantur, interjecto vero spatia inania non sunt, sed fluidis referta facile expressibilibus, ergo in partibus mollioribus corporis nostri interjecta sunt multo plura fluida quam in duriusculis, fluidum autem quod interponitur inter moleculas componentes solidorum organorum aliud nullum est quam succus nutritius, ergo in mollioribus corporis partibus multo major copia succi nutritii continetur, succus nutritius pinguis adhæsioni aptior est, et cedere nescius prementi, aqueus vero facile movetur et obsequitur pressioni, ergo in partibus mollioribus corporis interjectus nutritius succus uberior est et phlegmaticis partibus magis refertus, sed non potest succus nutritius scatere partibus aqueis quin protinus et sanguis a quo proficiscitur aqueo humore redundet, ergo ex mollitie partium externarum redundare aqueum humorem in vasis significatur.

2.° obesitas collectam uberius pinguedinem

in conceptaculis suis significat, colligi vero non potest pinguedo nisi sulfureæ chili et Sanguinis partes magis invicem uniantur et conglobentur. proinde minus reliquis principiis confundantur, nec accrescere sibi invicem partes sulphureæ nisi defectu solventium partium acriorum et motu fermentativo, vel propter nimiam aquei humoris quibus innatant redundantiam, aut porro propter Luxuriem figentium spiculorum acidorum, Ergo si plus æquo congeretur adeps in toto corpore argumentum inde erit, vel deficere in corpore salinas partes acriores, vel languescere fermentativum motum humorum, vel rendundare in vasis aqueum vel demum scatere sanguinem spiculis acidis fixioribus, quibus fluxilis sulfurum natura exerceatur. ponamus modo concurrere signa quæ acriorum sanguinis ptium absentiam demonstrant.

Ponamus quoq. remotiori motu cieri sanguinem, es certe quoniam deficiente acriore pte

sanguinis, ptes minus alterantur ac permiscentur futurum ut aquosæ ut pote quæ reliquis dominantur a reliquis abcedant occursantesque sulfureas partes pro nativa immiscibilitate cogant in guttulas multo plures, proindeque et multo major eorum secretio fiat in celis earum vesiculosis, ergo collectio major pinguedinis seorsum humorum redundare significabit; illud vero tanto clarius elucescet, siquidem pinguiores partes ejusd: laxitatis participes erunt.

3.° Oedematosus tumor pedum, vel totius corporis mollis, et tactui cedens intermiscentia sine rubore exundasse humorem extra proprios ductus significat; ergo pedum intumescentia inassueta vel sanguinis, vel succi nutritii, seri exundationem in plantis pedum significat, effundi vero non potest sanguis extra ductus consuetos, citra ruborem intensiorem partium atque calorem, vel citra tensionem prœternaturalem earumdem; neque pariter exundare potest

Succus nutritius citra tensionem et secretionem ejusdem, ergo superest ~~ ~~ - - intumescentiam mollem et tactui cedentem partium externarum vel totius corporis seri redundantiam significare.

4.° Frigiditas cutis et partium externarum arguit vel imminutam humorum copiam, vel remissiorem factum sanguinis motum, ergo si aberunt signa diminutæ præter naturam sanguinis copiæ frigus partium externarum remissiorem factum sanguinis motum demonstrabit; cum autem sanguis de motu suo nativo remittere non possit, quin protinus congeratur humor serosus, congestusq. partes quas perluit frigore suscipiendo magis disponat, liquet frigiditatem partium externarum humoris serosi redundantiam in corpore significare.

5.° Quoniam asperitas cutis ex forti corrugatione, recticuli contextus fibrosi cutis ortum habet, quæ quidem variæ rugæ excitantur papillæq. malpighianæ magis efferuntur.

Sequitur si laxior erit reticulus cutis fore ut nullæ rugæ in cutis superficie excitentur prominent minus papillæ ab imis cutis partibus assurgentes, adeoque levis evadat tota superficies cutis, cum autem laxari non possit reticulis cutis fibrosus nisi vel defectu spirituum contrahentium, vel præ nimia seri quo imbuuntur redundantia, ergo si nihil deficere spiritus significabit laxitas cutis arguit serosum humorum in vasis redundare.

6.° Color albus superficiei corporis significat vel abesse copiam assuetam sanguinis, vel dilutiorem eē ejusd. de more appellentis colorem, ergo si aberunt signa diminutæ quantitatis sanguinis amandandi ad partes, argumentum erit nativum ejusd. colorem remissiorem factum, et solito minorem esse ejusd. rubōrem, cum autem autem dilutior evadere non possit color rubr. sang. nisi additione et novo proventu aquei humoris, patet ex albido et pallido colore superficiei corporis redundantiam seri in vasis certo deduci pōe.

7.° pulsus parvitas non nisi a minori proventu fluidi motricis, vel languida ejusd: actione ortum habet, minor autem fluidi motricis copia peti non potest nisi vel ex ejus defectu, vel ex ejusd: solita copia geniti implicatione, ergo si aberunt signa signa quibus demonstren defectus fluidi motricis in sanguine, pulsus parvitas certo significabit imbecillitatem fluidi motricis, jam vero debilitas actionis fluidi motricis, repeti non potest nisi vel ex praeter-naturali ejusd: divisione, vel ejus crassitudine nimiâ, ergo si deerunt signa fluidi motricis crassitudinem indicantia, parvitas pulsus, inasuetam fluidi motricis divisionem significabit: porro dividi non poterunt praeter modum et attenuari partes fluidi motricis nisi á praegresso motu sanguinis intensiori, vel ex nimia aquei humoris salinas ejusdem partes solventis redundantiâ, ergo si nullus praegressus intensior motus sanguinis, extenuatio partium fluidi motricis repetenda est ex

phlegmatis salinas ejus partes plus æquo solventis. redundare vero non potest phlegma in fluido cordis motricæ, nisi quoque redundet in toto Corpore, ergo parvitas pulsus phlegma seu serosum humorē in toto Corpore redundare significabit. demum quoniam in pulsu parvo, seu potius in parva cordis contractione, parva quoq. copia sanguinis arteriis intruditur neque ab intrusa minori copia sanguinis solito minus implentur, et distenduntur, futurum ut comprementi digito solito minus resistant, et tangenti mollem pulsum ostendant, cum autem mollities ista pulsus parvitatem ejusd. necessario supponit, parvitas vero pulsus redundantiam phlegmatis indigitet, sequitur et mollitiem pulsus quandoq. phlegmatis redundantiam in Corpore indicaturam.

8.° Mentis et sensuum hebetatio non nisi vel deffectu spirituum vel tardiori eorum motu ortum habet, ergo quoties aberunt signa quibus deficere spiritus in cerebro et nervis significāt, signum erit mentis sensuumq. hebetationem

Sobolem ex Languidi motus Spirituum, cum tardus esse non potest Spirituum motus nisi vel prae nimia eorum crassitie, vel prae nimia eorum divisione, sequitur quoties aberunt signa Spirituum crassiorem substantiam indicantia, inertiam motus Spirituum referendam in nimiam partium ex quibus componuntur divisionem, attenuari vero plusaequo non poterunt essentiales Spirituum partes, nisi vel propter intensiorem Ignis Sanguinis motum, vel propter uberius admixtam phlegmatis copiam, ergo si aberunt signa intensioris motus in Sanguine, divisio nimia partium Spirituosarum, indeq. orta tarditas motus redundantibus phlegmatis partibus tribuenda erunt. cum autem redundare non potest phlegma in fluido Spirituoso qui protinus exuperet in toto Sanguine, ergo mentis tarditas, sensuumq. habitudo dominari in corpore serum significabit.

9.° ad Somnum propensio pariter vel a

Spirituum defectu, vel a debiliori motu ortum habet, indeque enata Laxitate cerebri, ponamus vero nihil arguere Spirituum defectum in Sanguine. ponamus quoq. Tarditatem Spirituum, non in crassitudinem, sed in phlegmaticam eorumd. dispositionem referendam esse patet ex dictis propensionem ad somnum effectum ee redundantis seri in toto corpore, neque dispari ratione ex motus muscularis Tarditate phlegmaticam sanguinis dispoñem asequeris.

20.º Duratio et perseverantia in motus muscularis exercitio arguit minorem jacturam, et discussionem fluidi motricis musculorum discussio minor, vel difficilem fluidi motricis musculorum discussio minor, vel difficilem fluidi partium divisionem vel tarditatem motus significat. ponamus deesse signa quibus crassitudo nimia, vel difficilis attritio partium fluidi motricis musculorum demonstrantur, patet difficilem fluidi motricis resolutionem petendam ee ex ∞

tardiori eorum motu, cum autem tardius moveri non possint partes fluidi motricis musculorum, nisi quia vel crassiores, vel explosioni minus comparatae sunt, vel quia salinae ejus partes nimium exolvuntur atque dividuntur, sequitur si deerunt signa quibus arguatur crassitudo et inertia ad motum fermentativum partium fluidi motricis musculorum totam rationem tarditatis motus earumd. ducendam esse ex ~~m~~ nimia phlegmatis quibus immersae sunt redundantia, cum autem redundare non possit phlegma in spiritibus quin protinus quin pariter redundet in sanguine et toto corpore, patet ex duratione motus muscularis phlegmaticam sanguinis dispositionem significare.

22°. Insomnia frigoris et aquarum non nisi ab obscura inter dormiendum frigoris perceptione ortum habet, ut patet ex dictis numero 4°. frigoris sensus faciles vel a

leviori causa Serosum humorem redundare in Corpore Significet; patet Ex insomniis quoque frigoris et aquarum deduci posse phlegmatis redundantiam in toto corpore.

12.° Oblivio nonnisi Ex rigiditate partium cerebri vel Ex nimiâ earumd. flacciditate et mollitie repeti potest, Ergo Si aberunt signa rigiditatis nimiæ in cerebro, aliisq. ptibus, oblivio facilis nonnisi vitiosæ mollitiei medullæ cerebri tribuenda Est, cum autem præternaturalis mollities cerebri, aliarumque partium redundare in Corpore phlegma significet, Sequitur Et facile quoq. oblivionem phlegmatis redundantiam indigitare.

13.° appetentia dejecta Sobolis est inertiæ fermenti Stomachalis Et Salivalis inertia fermenti, qua quidem Languidi afficit palatum atq. ventriculum non nisi ab involutis Salinis Ejus Et acrioribus ptibus, vel a nimia Earumd. dissolutione, Ergo Si nullum erit quo involutæ nimis arguantur fermenti Salivalis Et Stomachalis partis, Si nihil quoq. demonstrabit

quantitate deficere fermentum ipsum, inertia ejusd: non poterit refundi nisi in Luxuriantes phlegmatis partes, cum autem redundare non point Seri partes in fermento Salivali et Stomachali quin protinus redundent in Sanguine, Ergo dejecta appetentia indigitabit phlegmatis in Sanguine redundantiam.

24°. Sitis defectus arguit acrimoniæ defectum et caloris in faucibus, præ primis vero humidi Exuperentiam, caloris defectus arguit remissiorem motum Sanguinis fauces perluentis, motus vero remissior in Sanguine minorem Ejusd. fermentationem, minor fermentato humorum, vel magis involutas actuosas Eorum partes, vel magis divisas, Ergo remissior æstus et calor in faucibus arguit, vel depressionem actuosarum partium fermentativarum in Sanguine, vel dissolutione earumdem nimiam, Ergo quoties aberunt Signa depressionis vel implicationis ptium fermentativarum massæ Sanguinææ remissior motus Ejusdem referendus in nimiam actuosarum Ejusd. partium dissolutionem

quoniam vero plus æquo solvi non possunt actuosæ partes sanguinis, nisi vel ab intensiori progressione vel dissolutione nimia actuosarum partium sanguinis, si quidem aberunt signa intensioris motus fermentativi, phlegmatis redundantiæ tribuenda erit, proindeq. caloris defectus in faucibus cæteris paribus argumentum erit redundantis in toto corpore serosi humoris, 2°. acrimoniæ defectus in fermento salivali arguit vel implicationem salsi salivalis, vel nimiam ejusdem dissolutionem, quoties aberunt signa depressionis salsi salivalis acrimoniæ defectus in saliva refundendus erit in nimiam ejusdem dissolutionem, proindeq. et redundantiam phlegmatici humoris, si modo non præcesserit intensior motus fermentativus in massâ sanguineâ, Ergo ex eo quod minor acrimoniæ sensus excitetur in faucibus si cætera sunt paria, arguetur serosi humoris in toto corpore redundantia. 3°. Ex eo quod redundet humor in faucibus seu fluidum salivale arguetur justo fluidiorem ee sanguinis

massam, vel serosas partes a crassioribus abscessisse quomodocumq. res se habeat, redundat semper serosus humor in vasis, ergo ex eo quod madeant perpetuo fauces fluido salivali bene infertur serosum humorem in toto corpore dominari, ac porro sitis defectus signum erit serosi humoris prædominantis.

45.° Tarditas ad venerem nisi vel ex implicatione partium actuosarum seminis, vel ex nimia earumd. dissolutione ortum habet, quorum ratione fermentationi ineptæ evadant, quoties igitur aberunt signa depressi status actuosarum sanguinis partium, tarditas ad venerem referenda erit in summam dissolutionem actuosarum partium seminis, cum autem plus æquo dissolvi non possint actuosæ seminis p̄tes, nisi vel a b intenso motu fermentationis humorum, vel exuperante seroso humore, sequitur si nullum erit signũ præsentis vel prægressi motus intensioris maræ

Sanguineæ divisionem nimiam actuosarum
Seminis partium redundanti Sero cc tribuendam.
porro quoniam redundare non potest Serum in
Sanguine quin protinus redundet in vasis, Sequr
tarditatem ad res venereas, redundantiam Serosi
humoris in toto corpore Significare.

16.° Emolumentum ab Exercitio rei venereæ percipi
non poterit nisi quatenus inter motus musculares
hui operi necessarios, motus remissior Sanguinis
paulum intenditur, indeque involutæ et magis
depressæ Sanguinis partes Evolvuntur et ad motum
comparantur; vel quatenus redundans humor in
in vasis Excutitur et avolat, Ergo quoties a venere
Levamen et commodum percipietur argumentum
Erit vel actuosas Sanguinis partes plusæquo
depressas et involutas, vel vasa nimio humore
turgere. ponamus vero nulla cc Signa quibus arguar
depressio ppiorum massæ Sanguineæ, patet
susceptum commodum a re venereâ phlegmatici
humoris redundantiam in Corpore Significare.

17.° muci narium, et Salivalis humoris Excretio

nimia fieri non potest extra redundantiam serosi humoris in vasis, ergo ex salivacuationi poterit argui redundantia seri in toto corpore.

18° urina alba et pallida sulfureas partes confusas minus excoctas atque divisas significat. cruditas partium sulfurearum quae continentur in urinis cruditatem in sanguine demonstrat. Sanguinis cruditas vel depressionem fermentorum vel nimiam eorumd: dissolutionem, dissolutio vero fermentorum ex dictis non nisi vel a praegresso intensiori motu fermentativo sanguinis, vel a redundantiâ phlegmatis ortum habet, ergo si aberunt signa depressionis partium fermentativarum sanguinis, si nulla quoque indicia praegressi motus intensioris humorum, urina alba et pallida dominari in corpore serosum humorem significabit.

19° Urina tenuis et pellucida arguit copiam minorem salino sulfureae partis in urinis et serosi humoris exuperantiam. minor autem copia contentorum in urinis arguit, vel statum

depressionis ppiorum Sanguineæ massæ, Et remissiorem motum fermentativum Ejusd:, vel his omnibus naturaliter se habentibus Exuperantiam Serosi humoris in vasis, Ergo quoties aberunt Signa depressi Status ppiorum massæ Sanguineæ, urina tenuis redundare in toto Corpore phlegma Significabit.

20.e Vrina turbida et crassa Significat redundare contentas partes tartareas in urinis, redundare vero non possunt contenta in urinis quibus nativa earum pelluciditas vitiatur nisi illa uberiori copia Excutiantur a Sanguine, vel nisi Laxata venum textura viam faciat recrementiis aliis partibus per alias naturaliter Excernendis, Ergo Si turbabitur urina, argumentum Est Sanguinem Solito plures tartareas partes urinoso fluido Suppeditare; vel laxiorem factam coli venum Texturam, Sanguis vero contentas urinarum uberius Suppeditare non potest citra intensiorem motum fermentativum, Ergo Si nihil intensius moveri Sanguinem Significabit, turbata urina laxatam venum Texturam indicabit.

Porro quoniam laxari non potest renum contextus nisi vel defectu Spirituum, quibus naturalis tonus partium conservatus, vel redundantia Seri. Sequitur si nihil erit unde argui possit imminutus influxus Spirituum in renes, laxitatem contextus renum referendam esse in luxuriantes Seri partes, in vasis, proindeq. turbida et crassa urina, quandoq. Signum erit Seri in toto corpore redundantis.

21°. Alvi faeces crudae et albicantes cruditatem in ventriculo praesupponunt, cruditas vero debiliora fermenta, debilem quoq. motum fermentationis in alimentis significat, à fermentatione vero debiliori, aqueae partes alimentorum minus resolvuntur, minus quoq. permiscentur cum parte sulfurea, sed discretae penitus simplicis vehiculi locum tenent, quo tam sulfureae quam salinae partes rapiuntur porro ita secretae a reliquis aqueae partis cum chilo sanguini deportantur, unde cruda et schorrosa sanguinis massa exurget, ergo excrementa cruda serosi humoris proventum in corpore

significant.

22.° Alva uteri profluvia laxitatem uterini coli demonstrant, cujus ratione serosa colluvies solito uberius, et cum non nullis chili partibus confusa excernatur, laxitas autem coli uterini laxiorem sanguinis contexturam, serosiq laticis redundantiam indigitant; ergo alva uteri profluvia seri praedominium in sanguine significant.

23.° a calidis seu medicamentis seu alimentis levamen et commodum exurgere non potest in corpore, nisi quatenus cruditas sanguinis emendatur, indeq natus ~~fer~~ seri proventus discutitur, ergo ex eo quod calida levamen afferant, bene arguitur serum luxuriare in corpore.

24.° frigida et humida tam interius assumpta quam exterius agentia, idcirco incommodum afferunt quatenus obtundunt motum humorum fermentativum, atque ita ulteriorem cruditatem et seri proventum excitant, ergo inducta noxa á frigidis et humidis serosum humorem in corpore dominari significat.

Caeterum haec omnia tanti certius seri redundantiam

Significabunt, Si præcesserint. 2º quidem usus alimentorum crudiorum et humidorum, cujus-modi sunt fructus, pisces, lacticinia, vel diuturnior, usus medicamentorum refrigerantium, cum enim frigida quæq. assumpta retundant actionem fermenti ventriculi, ineptiusq. factum fermentum cruditatem digestionis producat cum autem talis cruditas seri proventum afferat toti Corpori, cum insuper assumpta quæque humidiora abeant in chylum, chylus autem ex humidioribus excitatus plus æquo aquosus sit, nec ex aqueo chylo prodire aliud possit quam Sanguis aqueus atque serosus, Sequitur usu refrigerantium et humectantium merito argui phlegmaticam Sanguinis dispositionem

2º. Si præcesserint vita otiosa et sedentaria, Somni Longiores præsertim à cibo, vel etiam curæ moeror, et tristitia. Et enim quoniam eatenus discutiuntur partes Serosæ quatenus vehementer exagitantur Sanguinis partes, nec vehementer moveri possunt Sanguinis partes nisi assidue musculi

contrahantur, patet si minus moveri contingat partes musculosas notabiliter esse minuendam vehementiam motus fermentativi humorum, cum autem remissiori facto motu Sanguinis serosæ ejus partes minus discutiuntur, sequitur in vita deside et otiosa in qua feriantur motus musculares, solito majorem fore seri proventum in corpore. similiter quoniam in somno longiori, præsertim á pastu inito alimentorum digestio pejor est quam in vigilia, indeq. cruditates generantur, obvium est ex dictis majorem fore proventum seri, ne quid dicam inter somnos longiores feriari partes musculosas, atq. ex eo propter allatam rationem colligendum magis ac magis serum in vasis.

Demum in mœrore et Tristitia tardius movetur Sanguis, et a tardiori motu Sanguinis minor resolutio partium Serosarum, sequitur in mœrore et tristitia augendam seri copiam in Corpore.

3.° Si suppressa aliqua vacuatio Serosi humoris, tantum enim præternaturam augenda Seri copia in vasis; quanta est illa pars quæ præternaturaliter

retinetur.

4.° Quoniam in Senectute et Infantiâ debilior est motus Sanguinis fermentativus, atque ita minus resolvuntur serosæ ejus partes, patet ex eo quoque Seri prædominantis argumenta repeti posse, ut ex regionis temperaturâ, quæ enim humidæ fient proventum Seri afferunt, quatenus retundunt motum Sanguinis: porro inter allata Signa patognomonica sunt præprimis quæ Seri redundantiam significant, Corporis ædematosus tumor, habitus Corporis mollis, pallidus et obesus, ingenium tardum, somnolentia et vacuatio suppressa serosorum humorum, reliqua vero coindicant.

Caput 5.^m

Imminutam serosi Laticis copiam ex propriis Signis deducere.

Ponamus in aliquo Corpore hæc omnia vel maximam partem concurrere, ut prægressus

usus ciborum, et potulentorum calidiorum, —
jejunia immodica, aut rectus valde tenuis et parvus
crudiorum et acidorum alimentorum, usus immo-
-deratus purgantium vel medicamentorum —
calidiorum, vigeat aetas juvenilis, regio sit calida
et sicca, tempus aestivum, vita ducatur laboriosa,
et multis exercitationibus dedita, praecesserint
nimius veneris usus, vigiliae, irae, curae, emergat
levamen ab humidis, laesio contra a calidis et
siccis, sit ingenium acre, promptum et expeditum,
propensio in iram, somnus sit levis, vigeant sensus,
et locales motus expediti perficiantur, pulsus sit
durus vel magnus, vel parvus et frequens, appe-
-tentia ciborum dejecta, sitis magna, ad venerem
proclivitas, alvi faeces durae, et rara earum excretio,
urina vel intense rubra parca, vel copiosa et cruda,
cutis arida sit et aspera, habitus deniq. corporis —
gracilis et macilentus.

Dico ex his omnibus imminutam fieri copiam
in sanguine certo inferri posse. Et enim 1° quoniam
calidiora alimenta acriorem chylum, chylus acrior

acriorem sanguinem et magis fermentativum sanguis vero intensius fermentescens serosas partes facile discutit patet si praecesserit usus ciborum, vel potulentorum calidiorum posse argui imminutam seri copiam in corpore.

2.° jejunio minor fit chyli proventus in sanguinem, a minori vero proventu acrimonia et fermentatio major in sanguine, a fermentatione majori sanguinis major resolutio seri, ergo a jejunio diutius protracto, vel a victu paulo tenuiori bene colligitur defectus seri in corpore.

3.° Quoniam alimenta cruda, acida et austera, crudum acidum et austerum chylum producunt, chylus vero crudus, acidus et austerus, cruditatem et viscciditatem infert sanguini, sanguis vero viscidior factus et crassior evomit partes aqueas et serosas confusas, secretaeq. illae majori majori copia a crassioribus deducuntur facile per accommodata seri emissaria cola, exeunteq. patet ex usu quoq. crudiorum alimentorum indificio significari posse defectum seri in sangue.

4.° Quoniam in juvenili ætate Sanguis intensius fermentatur, et ab intensiori ejus fermentatione magis discutiuntur serosæ partes, patet et a juventute posse repeti argumentum deficientis seri in Corpore.

5.° Quoniam assiduo et immoderato usu purgantium immoderata seri copia excernitur, eademque proportione minuenda in vasis, liquet præcæ[?] nimio usu catharticorum argui posse seri defectum in Corpore.

6.° Quoniam in regione calida, præsertim vero æstate, Sanguinis massa intentius fermentescit quam in frigida et tempore hiberno, sequitur &c.

7.° Quoniam assiduis motibus muscularibus atteruntur crassiores Sanguinis p[ar]tes, attritæque ac magis expeditæ intensius fermentescunt, ac porro vehementius fermentescentes, interjectas aqueas p[ar]tes discutiunt, patet a prægressis nimiis exercitationibus corporis seri defectum in Sangne induci; quod idem traduci potest ad nimiam venerem, in qua quidem nimia est artuum exercitatio.

Sensus exquisitus tensiorem majorem nervorum supponit, tensio major nervorum solidiorem ~~doxum~~ eorumd: contexturam, et fluidi implentis copiam demonstrat. Solidior textura nervorum contactum magis intimum partium componentium, contingere vero se se intimi non poûnt partes nervorum si interjiciatur fluidum aqueum, ergo tensio nervorum arguit phlegmatis defectum in succo nutritio nervorum pariderq in totâ massâ sanguineâ, unde nutritiæ ptes proficiscuntur, deinde phlegmatici spiritus itemq uberius fluant in nervos tensionem iisdem conciliare non possunt pro natura partium phlegmaticarum qui sui gravidanr laxitatem inferre necesse habeant, ergo phlegmatici spiritus tametsi libere fluant in nervos tensionem eorumd: servare non poûnt; atque ita si vere distendentur nervi, et sensuum exercities comparabuntur, argumentum erit dicendi spiritus quibus turgent phlegmaticis partibus destituti.

proindeque et massam Sanguineam á qua ortum habent.

17.° Motus muscularis vegete exerceri non potest nisi robore et vi fluidorum fibras musculares contrahentium, robur autem fluidorum musculos contrahentium in vehementiâ fermentationis positû est, vehementia fermentationis fluidorum ejusmodi uset aliorum a majori mole luctantium particularum ortum habet, major moles Luctantium particularum a defectu menstrui solventis catholici, hoc est phlegmatis, ergo robur phlegmaticae ptis in fluidis contractionem musculorum producentium defectum supponit in his vero deficere non potest phlegma nisi deficiat pariter in toto sanguine unde profluunt, ergo robur motus muscularis arguit imminutam phlegmatis copiam in Sanguine.

18.° pulsus magnus magnam cordis contractionem supponit, ejectam quoq uberem copiam Sanguinis in cuncas arteriarum magna cordis

contractio vehementiam fermentationis fluidi motricis cordis, illa vero auctiorem factam molem Salinarum ejusd: partium fermentantium, auctior denique moles Salinarum partium fluidi motricis, defectum phlegmatis in toto Sanguine, ut patet ex precedentibus, Ergo pulsus magnus defectum phlegmatis in toto Sanguine ut patet ex precedentibus, Ergo pulsus magnus defectum phlegmatis in toto corpore Significat.

19.° Alvi fæces duræ esse non possunt, nisi quia componentes earum partes magis intime uniuntur et ad contactum mutuum accedunt, intime vero uniri partes fæcum non possunt nisi quia exulat interjectum fluidum cui debetur flexilitas omnium recrementorum et excrementorum quod nullum aliud est præter aqueum fluidum, ergo durities fæcum arguit absensiam fluidi aquei, abesse vero non potest aqueum fluidum in fæcibus, nisi quia deficit in succo intestinali, nec deficere in succo intestinali

nisi deficiat in tota massâ Sanguineâ, Ergo durities foecum arguit defectum Seri in tota massa Sanguineâ.

20.° Rara foecum excretio rarum Stimulum necessario supponit, Stimulus rarus rarum motum Salinarum partium in foecibus contentarum, rarus motus salinarum partium foecum defectum menstrui ad motum incitantis, hoc enim aquei humoris solventis qui a succo intestinali repetentus est, ergo ex praecedenti ratiocinio rara foecum excretio imminutam Seri copiam in Sanguine significat.

21.° pulsus parvus parvam copiam fluidi motricis arguit, parva copia fluidi motricis vel paucam ejus generationem, et vel discutionem geniti, aut demum geniti ejusd. difficilem in fibris cordis secretionem; ponamus vero abesse signa quae parcius genitum fluidum motrix demonstrent, vel resolutum quamcumq: ob causam, dico parvitatem pulsus arguere arguere defectum Seri, quod sic evinco, parva copia fluidi motricis

parciorem ejusdem secretionem supponit, parcius vero non potest secerni organis secretionis alioquin illibatis, nisi quia retinetur in partibus sanguinis crassioribus, retineri vero non potest nisi quia sanguinis partes strictius inter se connectuntur, inhibentque ejus effluxum. strictius autem uniri non possunt sanguinis partes, nisi quia deficit menstruum flexibilitatem nativam conservans, hoc est serum, ergo parvitas pulsus deficere serum significat in tota sanguinis massâ.

22.° Dejecta ciborum appetentia defectum stimuli famem excitantis demonstrat, defectus stimuli famem excitantis inertiam partium salinarum salivæ atque fermenti ventriculi, inertia partium salinarum, recrementorum ejusmodi defectum solventis menstrui, vel adauctam ejusd: quantitatem, ergo si aberunt signa redundantis seri in salivâ et fermento ventriculi, dejectâ appetentiâ arguit defectum

defectum phlegmatis in Saliva et fermento ventriculi hic autem defectus consistere non potest in recrementis Ejusmodi, nisi pariter deficiat Serum in toto Sangue &c.

23°. Sitis sensus est compositus ex ardoris et Salsedinis acrioris Sensu in faucibus Excitato, ardoris Sensus motum vehementiorem Sanguinis fauces alluentis, vehementior motus Sanguinis crassitudinem Salium Sanguinem fermentantium, crassitudo Salium Seri defectum, Ergo aestus & ardor faucium deficere Serosam partem in Sanguinem Significat; Salsedinis acrioris Sensus intensiorem motum Salsi Salivalis Significat, moveri vero vehementius non potest Salsum Salivale, et graviorem Sensum inferre, nisi quia partes Ejus crassiores Sunt, nec crassiores Esse nisi quia minus Solvuntur; neque demum minus Solvi nisi quia deficit phlegma quod est naturale Salium menstruum, nec porro deficere in Salivali recremento Serum, nisi deficiat quoq in tota massa, Ergo Sitis intensior deficere Serum in Corpore Significabit.

24. Proclivitas ad Venerem arguit Stimulum frequentem ad Venerem, Stimulus ad rem veneream

pendet à motu et acrimoniâ geniturae, acrimonia geniturae majorem molem salinarum partium ejusdemq. supponit, major moles salinarum ptium seminis, defectum fluidi aquei concretionem earumd: impedientis, defectus denique seri in semine parciorem ejusd: copiam in toto sgnē significat, ergo proclivitas ad venerem signum est deficientis serosae ptis in sanguine.

25 Urina intense rubra opacitatem ejusd. majorē supponit, opacitas vero majorem concretionem contentorum urinae innatantium, concretio major contentorum urinae defectum fluidi aquei solventis tartareas ejus partes. porro defectus aquei humoris in urinâ ejusd. inopiam in sanguine significat, ergo urinae rubrae diminutam seri copiam in toto corpore demonstrant.

26° urina parca vel impeditas vias percolationis urinarum, vel parciorem urinam in sanguine significat, ergo ponamus abesse signa impeditae percolationis urinarum, dico urinam parcam arguere defectum seri in toto corpore, quod sic evinco

urinæ parva excretio, parvam ejusd: copiam in vasis demonstrat, parva copia urinæ in vasis defectum aquei humoris in sanguine; urina enim maxima parte conflatur ex aqueis partibus, ergo urina parva serosæ partis defectum in toto corpore significat.

27.° Urinæ copiosæ, copiosam aquei humoris excretionem significant: copiosa aquei humoris excretio ejus defectum in sanguine, tantum enim sanguini detrahitur, quantum per urinas excernitur, ergo copiosa urinæ excretio serosi humoris in sanguine defectum demonstrat.

28.° Urinæ tenues pelluciditatem majorem urinarum, pelluciditas urinarum tenuitatem majorem contentorum in urinis dissolutionem majorem eorumd:, dissolutio major eorumd: majorem copiam fluidi aquei per urinas, tantumd: vero detractum ex sanguine, quantum illud est aquei humoris quod naturalem ejusd: copiam excedit in urinis, ergo tenuitas et pelluciditas urinarum, imminutam seri copiam in sanguine, et in toto corpore significant.

29.° Cutis arida magis intimum contactum partium cutem componentium necessario praesupponit, strictior nexus et contactus partium cutis absentiam interjecti fluidi nutritias partes solventis defectus aquei. fluidi in succo nutritio ejusd: defectum in sanguine demonstrat, Ergo cutis ariditas defecere serum in sanguine significat.

30.° Habitus corporis gracilis et macilentus necessario supponit nutrimenti et reparationes defectum, nutrimenti defectus vel imminutam succi nutritii copiam in vasis, vel difficilem ejus separationem a reliquis ptibus, vel demum nocivam succi nutritii qualitatem, cujus ratione abradendis potius partibus et extenuandis quam nutriendis et reparandis comparatur. ponamus abesse signa quae succi nutritii imminutam copiam in vasis demonstrent, ponamus quoque abesse ~~quibus~~ quae acrius factum nutrimentum ~~demons~~ trent significent: Dico ex marcore totius corporis deduci poe carentiam

aquei

Tractus De signis prognosticis.

Caput 1.^m

Invenire signa praedicantia Longitudinem morborum.

Nomine longitudinis et diuturnitatis morborum nihil aliud intelligitur quam perseuerantiam causae producentis in Corpore symptomata quaeq. perseruare vero non potest diu in Corpore causa morbosa, nisi quia vel non mouetur a se ipsa, vel difficulter mouetur a medicamentis, ergo quaecumq. causa sympth. in Corpore futura eius generis, ut non nisi difficulter moueatur a se ipsa, vel ab adhibitis medicamentis, illa diu perseuerabit in Corpore, proinde et morbum diuturnum et contumacem productura, proindeq. si per se ipsam prodest eius generis causa, et natura eiusd. motui inepta, significabit ipsa per se Longitu: morbi; si vero natura eiusd. causae non innotescat per se; iisd. signis quibus innotescit, longitudo morbi cognosci poterit.

Jam quoniam lentor atq. viscididas sanguinis morbosa, supponit minorem motum in partibus ignis, et repugnantiam quoq. maiorem ad motum ...

quam alius. Status quicumq morbosus massæ sanguineæ; sequitur omnes morbos qui a præternãali lentore massæ sanguineæ profluxerint, vel qui in hoc lentore constituti fuerint, multo contumaciores ac longiores fore, quam alios quoscumq quoniam vero obstructiões organorum secretionem necessario supponunt lentorem, tam in excrementis a sangne desiduis, quam in ipso sanguine a quo proficis cuntur; sequitur obstruões oẽs organorum secret. contumaces fore affectus. Quoniam vero in quartanã feb., maniã, affectibus hypocondriacis podagrâ, asmate, scroph., schirr., Lue vener; sgũs, et ab eo profecta excrementa lentorem hnt præter nãalem; sequitur eos omnes affectus fore contumaces atque diuturnos.

Adverte obiter tametsi in gñe rerum, imo et experiã comprobatur, obstructionem organarum secret. contumaces ee affectus, non tamen id illigendum de organis secretoriis, quorum usus absolute neãrius est ad exercitium functionum ãalium; patet namq si cerebrum vel eius gland. cort. quæ spirit. secret. sunt dicatæ, obstruantur penitus, fore ut affec. breuis sit. Cum enim penit. obstructiones glandularum corticalium spirituum fluxum in ntes

supprimant, neq citra flux. spirit. in ptes exerceri possint functiones omnes aiales, patet manifeste eius generis affectum tametsi in obstruone collocetur, breviss. fore. contra vero quoniam ad exercitium qualemcumq. functionum animalium non conferunt neario glandul. conglob. et conglomer. plerumq sponte, neq illis obstructis, et ab opere secrēonis vacantibus, defficit tamen exercitium functionum animalium ut cumq. minus in earum partium affectibus libere perficiatur; patet obstruonem earum ptium fore contumacem, et ppria naa diuturnos morbos producturam fore.

Rursus quoniam inæqueā et serosā constitue massæ sanguineæ ppria ferment. magis soluantur, solutaq. minus ferment; mitior fermeo supponit motum minorem humorum, illæ vero causæ morbosæ minus monentur, difficilius auferuntur, proindeq. et diutius in corpore perseuerant; ergo quicumque affect. a constitutione sgnis plusæquo proficiscitur, et in ipsā constanter perseuer. ut cathar, rheumat. qui morbi a sero exundante oriantur, ii oes diuturni contumacesq. futuri sunt.

Deinde quoniam tanto difficilius admouetur caa, qnto difficilius suscipit motum, expelliturque a partibus quibus insidet, quanto minus patet

actioni prædicamentorum ~~(expellitur a partibus quibus insidet)~~ et expressioni partium in quibus includitur, sequitur tanto diutius perseveraturam in affectā parte quanto difficilius ad illam accesserit medicamen. actio, quantoq. minus fuerit compressioni exposita, partes quarum vasa sanguinea minora sunt, quæq. idcirco exangues et spermaticæ dicuntur, difficilius multo medicament. actionem suscipiunt, partes quæ a naturâ duriores et contractionis nesciæ minus expressioni causarum præternaturalium sunt comparatæ; in his igitur obstructæ morbosæ diutius perseverabunt, affectusq. erunt contumaciores: quoniam vero cerebri nervorum omnium, vasa tendinum et cartilaginum, membran. ac membranaceorum viscerum vasa sanguinea minora sunt, et pauciora quam in partibus carneis vulgo dictis, quoniam pariter nervi, tendines, cartilagines, sunt contractionis excernend. prorsus ineptæ partes, sequitur ad illas difficulter non nisi pervenire posse vim et actionem medicamentorum, et si tum pervenerit quæ non possit agere in motum incidentem causam, sequitur pariter ab illis ut pote contractionis naturalis ineptes, difficulter causam morbosam exprimi posse; ergo cerebri, nervorum affectus contumaces futuri sunt, si cætera consentiant, unde consentiant, unde

paralysis, ulcera tendinum, ossium, diuturni affectus futuri sunt.

Porro quoniam affectus omnes in quibus causa morbosa ita conclusa est, ut non possit exitum sibi parare per vias naturales excretioni causarum morbosarum dicatas, ut cumque vim inferat partibus contractioni comparatis, necessario perseverabit in corpore, futurum ut illa contumaces affectus producat; in abscessibus vero partium internarum et profundiorum corporis causa morbosa, idest sanguis effusus, et in purulentam materiam conversus ita concluditur, ut non habeat exitum per vias consuetas excretioni praeternaturalium destinatas, et si forte rumpatur abscessus, et quacumque via sibi exitum paraverit materia conclusa, potest detergi excitatum ulcus in partibus internis, et ad cicatricem perduci, ergo abscessus et ulcera partium internarum inter diuturnos affectus ponendi sunt.

His positis supponamus accessisse affectum maerorem et tristitiam, somnum immoderatum, abusum crudorum alimentorum, vitam otiosam, et sedentariam, regionem ac frigidam, et frigus praepostere susceptum fuisse; dico his omnibus diuturnitatem pronuntiari; etenim quoniam in maerore pauciores fluunt spiritus in partes, a minori vero spirituum fluxu in partes fermentatio minor

humorum, a fermento minori minor fluiditas hoc et lentor et viscidita[s] sanguinis, a viscidita[te] humorum, ex dictis pendent affectus contumaces; Ergo si praecesserit affectum maeror et tristitia, affectus longitudo significatur.

2.° somno diutius contracto partior influxus spirituum in partes, a minori influxu spirituum minor motus fenti in sanguine, tardior quoq. circulatio; a minor. vero ferm. circulat. tardior secretio humor. serosor., atq. eorumd. minor philtratio, ergo eorum redundantia somno diutius contracto inducenda est a redundante sero in sanguine affect. diuturnitas, Ergo si praecesserit somnus diu contractus, affectus longitudo significatur.

3.° Quoniam cruda et indigesta alimenta sanguinem crudum et viscidum, et phleg. producunt. Ex dictis ubi de causis morbosis, a praedicti vero lentore, et redundantia phlegm. in sanguine pendeant affectus contumaces, Ergo si praecesserit abusus crud. et indigest. alimentorum, signum erit abortos affectus contumaces esse.

4.° In vita deside et sedentaria minor motus ferment. et circul., a minori motu circul. et ferm. secretio parcior partium seros. excrement. Ergo a vita otiosa redund. praeternaturalis seros. humor.

in vasis, et ea ex dictis induc. affect. diuturnitat. in
Ergo si affectus praecesserit vita sedentaria, eiusd.
diuturnitas pronuntiatur.

5.º Constitutio aeris frigida retardat motum
ferment. sanguinis a minori ferment. lentor
et viscidit. sgnis, et haec ex dictis parens est
affectuum diuturnorum; Ergo si contingant affectus
in region. frigidis, si caetera consentiant diuturniores
et contumaces futuri sun.

6.º Quoniam a frigore praepostere suscepto
imminuitur motus fment. hum. ab imminuto
motu fment. minor fluxilitas, hinc praeales
viscid. eorumd. a praeali sgnis lentore partium
serosarum content. excretio exundatioque
extra consuetos ductus humor, ab exund.
seri laxitas partium, difficilisq. earumd.
contraco, alia omnia ex dictis morb. longitud.
signif. Ergo a frigore praepostere suscepto,
si caetera consentiant, id est nisi prius contracto
lentore nimio sgnis ipse effund. extra vasa,
et inflam. produc. praedici port longit. morbi.

Ponamus rursus in affectibus calorem ee.
infra naturam, vel parum rescidere a statu
nnali, pulsum qq rarum, consistant vires,
et funct. aales parum laedantur; aliment. coctio

mutetur, et ad cruditatem vergat, excrement. alvi sint cruda, alba, grisea, urina pariter cruda et pellucida; dico ex dictis his omnibus diutur. fore.

Primo quoniam calor remissior, remiss. motus ferment. sang. soboles est, a remiss. ferment. sgnis, minor eiusd. fluxilitas; hoc est lentor atq. visciditas sanguinis ex ppria naâ morbi diut. significantis; Ergo cal. remiss. diutur. morb. si caetera consentiant praenuntiat.

2° quoniam calor naali paulo intensior non nisi paulo intensum motum in sanguine supponit, proinde fluxilit. in humor. paulo recedent. a statu naali; sequitur in paulo intensiori calore humor. fluxilit. et naalem consistẽam servaverit, magna mutão in corpore superv. ñ pot. nisi pedetentim, patet diutur. fore affectum.

3° Quoniam raritas pulsus tardum ingressum fluidi motivi cordis fibrae eius contractiles, tardumq. egressum è loculis earumd. tardum; deniq. regressum eiusdem fluxum, nãrio, supp.; tardus ver. ingressus egressus, atq. regressus fluid. motivi cord. in illius fib. tardum eiusd. motum, tard. qq eiusd. secrẽonem a sgne; . sequiv si pulsus

rarus futurus est in affect. mbosis continuo continuo fluid. motui cord. mot. fore tardum tard, quoq. eiusd. a partibus sanguinis secrãonem, tarde vero moveri, tardeq. secerni flu. cord. mot. a partibus sgnis, ut et alia quaeq. recrem. nisi qa tarde lenteq. moventur, et ferment. sgnis, in tardo vero mot. lent. q. ferm., lentor eiusd. praealis et redund. feri quae affect. sgnis longos morbos produc. Ergo pulsus rar. si caetera consentiant affect. diutur promentiant.

4°. Quoniam virium constantia, et parum laesum funct. exercit. suppon. uberem et naturalem, vel parum saltem a statu praali reced. spir. influx. in partes, naturalis vero spir. influx. in ptes vel parum mutatus, parvam mutãonem in sanguine supponat, mutão vero parva sgnis diutur. eiusd. resisteãm morb. cãais pollicetur, ergo a cont. virib. et satis lib. funct. ãalium exer. si caetera consentiant proment affect. diuturnitas.

5°. Quinto quoniam par. mutata alim. coctio levem mutãonem infert in sanguine levit. mutão sgnis, non valde minuit. nã idem eius resisteãm cãis morbosis obsedentibus, proindeq. affectus diuturnus colligi poe est. min. laesione uit. alir.

6.° Quoniam alimentorum coctio ad crudum vergens crud. chyl. necessario producit, vel plus æquo acidum aut viscidum a chilo crud. sangûis viscid. et plus æquo seros excitat: a consistent. vero maiori et ser. præam suus constit. proficis. morb. diutur.; Ergo a crud. coct. aliment. cæteris paribus argui pt futura morbi diuturnitas.

7.° Quoniam excrea alui cruda, alba & crudit. coct. alimen. necessario suppo. crud. vero coct. ex dictis arguit morbi diutur. Ergo excrea visc. serosa, alba & futur. mbi longit. pronuntiant.

